R/ 22. mart. 58.

Nobilissimo Viro,
CONSTANTINO HUGENIO, EQUITI,
Zulichemii Toparchæ, etc.
Casp. Gevartius S. P. D.

Nobilissime Domine

Illustre ingenii tui monumentum muneri mihi missum, præsentium lator hesternâ die ad me attulit. Proq. singulari illâ benevolentiâ et affectu Gratias Amplitudini Tuæ maximas ago.

Temporis angustiæ non permisere mihi opus evolvere: nec ἀντίδωρον ullum mitto, quod difficilia ista Tempora, Musis capitaliter inimicæ occupationes forenses coepta pridem opuscula nostra et conatus sufflaminent.

Vale, Vir Nobilissime.

Scribebam præfestine Antverpiæ XV. Kalend. April. CIↃ. IↃ. C. LVIII.

s. ms. s.
nr 142.

© Koninklijke Bibliotheek
1900 A 235, nr. 37
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5580

© Koninklijke Bibliotheek
1900 A 235, nr. 37
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5580